mus, ut apparet. Testes huius sunt: Prepositus Ekehardus. Henricus scriptor. Guntherus dapifer. Cunradus camerarius. Henricus de Ebersberc marscalcus. Herdeinus de Beringen et alii plures. Datum in Gemunde x̄. kal. aprilis.

222.

Landgraf Hermann I. genehmigt die Verlegung des Klosters Aulisburg und nimmt dasselbe in seinen Schutz. **Marburg, 1216 Mai 29.**

Hdschr.: Or. Perg., sehr vermodert und lückenhaft, Staatsarchiv Marburg. Die Lücken sind ergänzt nach zwei ebendaselbst befindlichen Kopien (Saec. XVI) A B. Phot. H. St. A.
Gedr.: Estor, Kleine Schriften 1,197.
Anm.: Aulisburger Hand.

:[In nomine sancte et individue tr]initatis[a]). Ego Herimann[us dei g]ratia Th[urin]gi[e] lantgravius | et Saxoniȩ comes pala[tinus fideli]bus presentibus et futuris in perpet[uum].: Religiosi dei cultores sancte videlicet | ecclesiȩ colůmpnȩ[b]) honorabiles princi[pum p]otentia seu clementia deo auct[ore digne f]ulciuntur. Igitur quia ad protegendum | pios, arcendum quoque inpios propicia di[vin]itate consistit principatus, fidelibus tam f[uturis quam pres]entibus, notum esse volumus, quod nos ego videlicet et contectalis mea nec [non filii me]i Herimannus, Ludewicus, Heinricus pue[rili] quidem adhuc indole florentes, [sed] pietatis et ingenii iam maturi[tate excellen]tes Wilhelmvm venerabilem [Aulisburgensi]s cenobii abbatem cum sancto [fratrum] suorum collegio pro spec[iali sua devotione[c]) et sacrosancta r]eligione art[iori amplectimur] dilectione, transla[tionem[d]) quoque] monasterii ipsorum de loco minus con[gruo ad] locum omnino idoneum omnimodis [approb]amus ac toto favore[e]) prosequentes promovere desideramus. Igitur iam dictum [abbatem] cum eodem monasterio sub nostre defe[nsionis] et protectionis scuto devoto omnino nos[f]) suscepisse animo cunctis decla[ramu]s, salvo tamen ipsis spiritalis regiminis, quo [et] reguntur principaliter et fulciuntur, specialiter reverendo privileg[io. Cunctis] igitur nostra officia habentibus seu vices nostras nostrave iudicia gerentibus ipsos in dei nomine adtentius commendamus, u[t iniuri]as eorum ac, si nostras nobiscum doleant, [depre]dationes et direptiones ab ipsis arceant et in fide eos protegant. Si q[uis igitur[g]) huius nostri] contemptor privilegii iniurie vel v[iolentie infelix] in eos miserit manum de aliquo castrorum nostrorum, in aliud non [habeat effug]ium sed mox, ut comprehen[sus fuerit, tanto reatu] condignam recipiat [sententiam]. Et quia iugibus eius [mancipantes obsequiis, cui servire regnare est, libertatem apostolicorum pontificum auct]oritate [seu principum liberalitate ordini ipsorum concessam nos quoque ipsis conservare ac defensare tota satagimus diligentia. Spontaneo igitur] annuim[us animo, ut, si qua nostre pertinentia advocatie ipsorum adiaceant abbatie, congruo restauro licenter cambiant et quiete ac libere ea possideant. Hanc nostre benivolentie ac advocationis

222. *a) Die durch Moder vernichteten, nach A und B ergänzten Stellen sind eingeklammert.* *b)* columne *B.* *c)* devocione *A.* devotione *B.* *d)* translationes Estor. *e)* fervore *A B.* *f)* nos omnino *B.* *g)* ergo *A B.*